

ADALBERONIS CARMEN AD ROTBERTUM REGEM

regi Rotberto sic praesul Adalbero scribo
praesulis in senio fratrum Laudunicus ordo
flos iuuenum fructusque senum te mente salutat
in tabulis describe tui per singula cordis
quanta Deus tibi concessit uel qualia misit 5
dispice si merito quid uerum sit trutinando
patres namque tui longe rex induperatur
lac tibi suggerenti dat nutrix induperatrix
mundus adhuc puero dominum metatur et omnis
congaudet plaudit manibus letatur et obtat 10
in regem sibi mox concordi uoce coronat
prestolatur in hoc ueniant ut tempora pacis
lubrica tunc adolescentis transiuit et aetas
flore iuuentutis tua iam resplendet imago
forma super cunctos nobis spetiosa uidetur 15
debilis in nulla membrorum parte uideris
quamuis more grauis tamen es cum robore lenis
laetatur uulgi gaudent etiam sapientes
plurima sub pedibus tibi forcia regna iugauit
quid quereris ? quid fraudauit ? quid dicere mussas? 20

REX

quod genus attribuit dirimit non ulla uoluntas
stemma nobilium descendunt sanguine regum
regibus et ducibus bona laus est nobilis ortus
de forma satis est et de uirtute locutum
est animae uirtus potior quam corporis ulla 25

PRAESUL

dicendi spatium petimus modo nilque reponas
pace tua pie rex quae sunt dicenda precamur
ne spernas in me quia uiscera contremuerunt
multas cor merens lacrimas suspiria prodit
os tremulum facies suffert nec dicere crispa 30
corporis hic uultus uocis moderatio nulla
uersibus esigui tantum temptabo dolorem
scripta patent celebres quae mittunt Crotoniate
desuper est titulus lex antiquissima scriptus
praecipiant ut cogatur quod sponte negatur 35
ut placet imperio sic se transformet et ordo
rusticus ille piger deformis et undique turpis
pulchra cum gemmis ditetur mille corona
iuris custodes cogunt portare cucullas
orent inclinent taceant uultusque reponant 40
nudi pontifices sine fine sequantur aratrum
carmina cum stimulo primi cantando parentis
praesulis et si forte locus uacet intronizentur
pastores ouium nautae quicumque sit ille

POEMA DI ADALBERONE AL RE ROBERTO

Così scrivo al re Roberto¹, io vescovo Adalberone²,
nella mia vecchiaia di vescovo. L'ordine dei fratelli di Laon³,
il fiore dei giovani e il frutto dei vecchi, ti saluta con la mente.
Inscrivi in dettaglio nelle tavole del tuo cuore
quante cose ti ha concesso Dio e quali ti ha inviato.
Giudica se meritatamente, soppesando che cosa sia vero.
In effetti i tuoi padri furono a lungo re e imperatori.
Ti dà il latte che suggi una nutrice imperatrice⁴.
Il mondo, fin da fanciullo⁵, ti considera signore e tutto
si compiace, applaude con le mani, s'allieta e ti vuole
per sé come re, subito con voce concorde t'incorona.
Si spera che in ciò vengano i tempi della pace.
E allora è passata l'età incerta dell'adolescente,
già la tua immagine risplende nel fiore della gioventù:
il tuo aspetto ci sembra bello sopra tutti gli altri,
non appari debole in nessuna parte delle membra,
sebbene serio nei costumi, tuttavia sei lieve con fermezza.
Si rallegra il popolo, gioiscono anche i sapienti,
ti sono stati sottomessi sotto i piedi numerosi forti regni.
Di che ti lamenti? che cosa ti è stato rubato? che cosa esiti a dire?

IL RE

Ciò che la nascita attribuisce, nessuna volontà lo spezza.
Le stirpi dei nobili discendono dal sangue dei re.
Per i re e per i duchi una nobile origine è una buona lode.
Dell'aspetto e del valore si è parlato abbastanza;
la virtù dell'anima è più potente di tutte quelle del corpo.

IL VESCOVO

Chiediamo lo spazio per parlare senza che tu risponda nulla.
Con il tuo accordo, pio re, preghiamo che ciò che deve essere detto
tu non respinga verso me, poiché le viscere tremarono.
Il cuore che merita molte lacrime emette sospiri:
la bocca tremante, il volto increspato soffre a non parlare.
Non v'è alcuna moderazione del corpo, del volto, della voce.
Tenterò con pochi versi tanto grande dolore.
Sono ben noti i versi che i celebri Crotoniati⁶ pronunciano,
sopra è scritto il titolo: Legge antichissima.
Prescrivono: si costringa con la forza ciò che è spontaneamente negato;
come piace al potere così si trasformi anche l'ordine.
Quel pigro contadino, deforme e in ogni parte turpe,
sia ornato di una bella corona con mille gemme.
Costringono i custodi della legge a portare cocolle:
preghino, s'inchinino, tacciano e non mutino il volto.
I pontefici nudi seguano senza fine l'aratro,
cantando col pungolo i canti del primo antenato.
E se per caso sia vacante la sede di un vescovo: siano posti in trono
pastori di pecore, marinai, chicchessia.

sit tamen hoc presubtili ratione cauendum	45
nullus episcopium diuina lege peritus	
temptet sed sacris scripturis euacuatus	
et studiis nec quem constrinserat una dierum	
alfabetum sapiat digito tantum numerare	
hi proceres preceptores hos mundus adoret	50
et iubet ut celebres nec reges excipiantur	
excludantur et hi quos sola scientia comit	
Christi conseruos et quos sapientia nutrit	
et quibus apparent introductoria sane	
doctrinae quae depromit post terga cicatrix	55
sacrae si magnus fidei surrexerit error	
omnia censura conuentus sint alieni	
consultu regis hi precipiantur ab omni	
omnibus egressis thalamum post ostia seruent	
precipiunt coram sed clam cum fraude susurrant	60
regula si stabilis diuum permanserit ista	
disciplina uigor uirtus mox et decor omnis	
aeclesiae fulgor paruo sub tempore uerget	
puplica res quae sic plane sic ducitur aequae	
legibus extinctis ducetur ad ultima mortis	65
luxus et incestus furtum tunc caetera surgent	
libertas delinquendi tunc crimina stabunt	
hoc solum rutilo preceptum scribitur auro	
ut procurator regis mundana ministrans	
sit piger ignauus modica uirtute repletus	70
hic aliena petat repetat sua nil tribuendo	
et iugiter maneat diuisus sorte iugali	
ni reges heredipetae non spes sibi constet	
est antiqua patrum tradunt consueta uoluntas	
ut casti sobrii sint custodes thalamorum	75
qui nescit molere regi sit carior ille	
Caesaris his maiora iubet descriptio magni	
deuiet ille sacer de sede monasticus ordo	
uxores ducant pulchras et prelia temptent	
territus edictis meditans quo tendere possem	80
rectores rerum placet accersire mearum	
omnia singultu guttur quatiante reuolui	
priscis temporibus quia non audita fuerunt	
usibus exceptis procuratoribus aptis	
mittere proponunt mox explorare magistrum	85
Gallia fert monachos quos patrum regula nutrit	
ad monachos monachus transmittitur G(uillermus)	
hic sapiens hic est sollers uerboque fidelis	
qui solitus semper leges seruare paternas	
flectere scit prudens animosos ad pietatem	90

Per un motivo assai sottile si eviti tuttavia ciò:
nessun esperto della Legge divina cerchi
l'episcopato, ma uno che si sia sbarazzato delle sacre scritture,
e che non uno solo dei giorni abbia costretto agli studi,
ma sappia soltanto enumerare l'alfabeto sulle dita.
Questi i grandi, i maestri: il mondo veneri costoro
e ordini che né i magnati né i re li ignorino.
Siano esclusi anche quelli che la sola scienza orna,
i compagni di Cristo e quelli che la sapienza alimenta,
e nei quali si manifestano i principi della sana
dottrina, che appaiono come una cicatrice sul dorso.
Se dovesse sorgere un grave errore riguardo alla santa fede
siano alieni da ogni censura del concilio,
che questi siano allontanati da ogni consiglio del re:
dopo che tutti siano usciti, dietro la porta proteggano il letto
Apertamente prescrivono ma di nascosto sussurrano con fraudolenza:
se questa regola resterà stabile come il cielo,
la disciplina, il vigore, la virtù, presto anche ogni decoro,
lo splendore della Chiesa, dopo poco tempo declinerà
Lo stato che in questo modo viene condotto così, proprio così,
estintesi le leggi, sarà condotto alla morte finale.
Allora sorgeranno la lussuria e l'incesto, il furto:
allora si stabiliranno la libertà di delinquere e i crimini.
Questo solo precetto è scritto in oro fiammeggiante:
che il procuratore del re, amministrando le cose mondane,
sia pigro, ignavo, pieno di poca virtù,
questi prenda i beni altrui, conservi i propri, non donando nulla,
e non resti estraneo a nessun letto coniugale:
non stia con lui la speranza, se i re non sono cercatori di eredità!⁷
E' un antica volontà consuetudinaria dei padri, dicono,
che i custodi dei talami⁸ siano casti e sobri;
sia più caro al re chi non sa far l'amore!
Un editto del grande Cesare ordina cose più grandi di queste:
quel sacro ordine monastico si allontani dalla sede,
prendano belle mogli e affrontino i combattimenti!
Atterrito dagli editti, meditando dove potrei rivolgermi,
mi piacque convocare gli amministratori dei miei beni.
Raccontai tutto, con la gola scossa dai singhiozzi
poiché queste cose non furono udite nei tempi passati.
Gli abili amministratori, uditi i fatti,
propongono di mandare subito a interrogare il maestro.
La Gallia contiene monaci che la regola dei padri nutre,
sia inviato ai monaci il monaco Guglielmo.
Questi è saggio, questi è solerte, e fidato nella parola,
ed è sempre solito rispettare le leggi dei padri:
sa con la prudenza piegare gli animosi alla pietà.

consilium cautum sequitur non est mora factum uespere progreditur tunc mane reuertitur ad nos et festinus equi spumantia colla reliquit quo quo quo praesul bona nutrix heus puer uxor ?	
est incompositus posita iam ueste priori pilleus excelsus de pelle Libystidis ursae et uestis crurum tenuis est talaris adempta finditur anterieus nec parcat posteriori ilia baldringo cingit strictissima picto multiplices et res multae per cingula pendent	95
arcus cum faretra forceps et malleus ensis ignitusque silex ferrum quatiens simul ilex ossa superficiem stringit diffusa deorsum saltibus impressa pungunt calcaria terram coepit summa pedum contortis tendere rostris ingreditur noti fratres quem nosse laborant concurrunt ciues et larga palatia complent pontificem sic deformis tunc sistitur ante esne meus monachus tu quem misi G(uillermus) ?	100
pugnos declinat cubitos extendit in altum erexit cilium torquens cum lumine collum miles nunc monachus diuerso more manebo non ego sum monachus iussu sed milito regis nam dominus meus est rex Oydelo Cluniacensis tu ne <i>cata to siopomenon</i> causam meditaris ?	105
in studiis memini formarum nosse figuras non tua praepediat nos indignatio feruens praeceptum domini liceat cum pace referre Sarra– nimis gens –caenorum– de more petulca regnum Francorum manibus ferroque subactum occupat et rodit quicquid sibi Gallia nutrit undique terra rubet roseo madefacta liquore sanguine torrentes nimia de cede redundant aecclesiae labor interius decus omne dicatum corpora sanctorum uolitant conspersa per auras	110
sunt auium sunt iam consortia facta leonum uastat episcopium cum strage Turoniacense Martinus plorat tutorem clamitat idem Oidelo conpatitur simili qui iure tenetur hic Romam petiit monachis orare salutem conscendunt uoces fremitum dant Cluniacenses clamant atque monent subito dispone magister arma subire tuis et quae praeponere debent quae sint exterius et quae sint interiora	115
	120
	125
	130

Il cauto consiglio è seguito, non è fatto ritardo.
Parte di sera, poi al mattino ritorna da noi.
E subito lascia il collo spumante del cavallo:
“Su, su, su vescovo, buona nutrice!! dove sono il figlio, la moglie?”
È disordinato, avendo già deposto la veste precedente.
Un altissimo cappello di pelle d’orsa Libica;
e la veste talare è tagliata fino alle cosce,
è aperta davanti, e non copre dietro.
Cinge i fianchi strettissimi con un balteo dipinto,
e molti oggetti molteplici pendono dalla cintura:
un arco con la faretra, tenaglie e un martello, una spada,
e una pietra focaia, il ferro per batterla e insieme il legno.
In basso lunghi stivali avvolgono le gambe.
Con i salti gli speroni calcati pungono la terra,
la punta dei piedi inizia a tendere a un becco ritorto.
Entra, e i fratelli faticano a riconoscere qualcuno di noto,
accorrono i cittadini e riempiono i grandi palazzi.
Allora così sfigurato sta in piedi davanti al vescovo:
“Non sei tu il mio monaco Guglielmo che io ho inviato?”
Piega i pugni, tende le braccia verso l’alto,
alza le sopracciglia, torce insieme con gli occhi il collo:
“Ora soldato! Resterò un monaco con un diverso costume!
Io non sono monaco, ma combatto per ordine del re.
Infatti il mio signore è re Odilone⁹ di Cluny¹⁰!”
“Tu non osservi il capitolo *cata to siopomenon*¹¹?”
“Durante gli studi ricordo di aver appreso le figure dello stile.
La tua bollente indignazione non ci arresterà.
Sia lecito riferire tranquillamente il precetto del signore.
La gente dei Saraceni troppo sfrontata nei costumi
il regno dei Franchi, sottomesso con la mano e il ferro,
occupa, e corrode tutto ciò che la Gallia fa crescere per sé.
Ovunque la terra s’arrossa, inondata di liquido rosso,
i torrenti traboccano di sangue per la troppa strage.
Il lavoro della Chiesa, ogni ornamento consacrato all’interno,
i corpi dei santi volteggiano dispersi al vento,
sono già resi compagni degli uccelli, dei leoni!
Devasta con strage il vescovado di Tours¹²,
piange Martino¹³, lo stesso reclama un protettore,
Compatisce Odilone, che è soggetto a una simile legge;
questi si dirige a Roma¹⁴ a pregare per la salvezza dei monaci.
I Cluniacensi levano le voci, fremono
reclamano e dichiarano: “ordina subito, maestro
ai tuoi di andar sotto le armi, e che cosa devono apprestare,
quali siano le cose esterne e quali siano interne!”

lunaris pendere prius debet tua pelta 135
 insuper adponas tibi loricaeque trilicem
 lubrica sustineant galeam cinctoria lumbi
 uinciat atque caput corrigia floribus acta
 spicula post tergum teneas tu dentibus ensem
 et cogit iuuenes lentos ascendere cursus 140
 atque senum praecepit equos conscendere turbam
 ascendant asinum bini denique camelum
 si non sufficiunt bubalum conscendite terni
 milia mille uiri procedunt ante quirites
 res agitur ferro ternis prolata diebus 145
 signifer in medio properus non stertere coepi
 dissutis malis flatum pugnando reieci
 nescio per superos manibus quot milia strauit
 Iupiter ille duos numerat meliore lapillo
 tertius ille deo Marti non rite dicatur 150
 cuspede trusus equo uexillum turpe reliqui
 cum reliquis fugiens genitalia regna petiui
 haec patrata scias in prima luce decembris
 hoc itidem Martis temptabitur ante kalendas
 militiae princeps ad te nos Oydelo mittit 155
 te dominum monachorum bellicus ordo salutatur
 admonet inuitans acies ut bella perornes
 agmine conseptus mandatum concitus imple
 armis te decet ante mori quam rura colendo
 mittere per plures quam frondes Asia spondet 160
 Africa nigra maris bibulas quot littus arenas
 pars Europa minus non iactat tertia mundi
 quid tibi uis rabies tetrus dignissima claustris ?
 figite per corpus fugiat ne liuidus unguis
 crede mihi non me tua uerba minantia terrent 165
 plurima me docuit Naptanabus ille magister
 labitur aula tolis rutilat quo splendida fulvi
 per partes scindunt uestem quam quisque tenebat
 credere uera dehinc super his non falsa notauit
 ordinis est igitur haec transformatio regni 170
 unusquisque potest aliis coniungere rebus
 sese quod natura negat sapientia monstrat
 spes iuuenum uentura dies qui discere nolunt
 causa senum sine spe pueriles plangere cursus
 omnibus in rebus si sollers omnia scirem 175
 heu miser insipiens quod me nunc penitet urget
 non rastros noui nec tristia proelia uidi
 res mala quod scio despiciunt quod nescio quaerunt
 si sic contigerit uacuum sufflabo favilla
 aut regis cineres aut nostras flabo cemenas 180

“In primo luogo deve essere appesa la tua pelta luniforme:
sopra poniti la lorica a tripla maglia;
cinture scorrevoli trattengano l’elmo ai fianchi,
e avvinca il capo una banda ornata di fiori.
Tieni la lancia dietro il dorso e la spada con i denti!”
E costringe i giovani a salire sui lenti carri
e ordina alla turba dei vecchi di montare sui cavalli:
“Montino in due su un asino, e in dieci su un cammello!
Se non bastano, salite in tre su un bufalo!”
Mille volte mille uomini avanzano davanti ai cittadini.
La questione si affronta col ferro, prolungata per tre giorni.
Portainsegna zelante, nel mezzo, non mi misi a ronfare;
con le mascelle aperte combattendo cacciai il fiato.
Non so, per i numi, quante migliaia ne stesi con le mani!
Il gran Giove ne numera due con una pietra migliore;
quel terzo non è appropriatamente dedicato al dio Marte.
Spinto giù dal cavallo da una lancia abbandonai vergognosamente il vessillo,
fuggendo con tutti gli altri, mi diressi verso i patri regni.
Sappi che ciò si svolse ai primi giorni di dicembre,
ciò sarà similmente tentato prima delle calende di Marzo.
Il principe della milizia Odilone ci manda da te,
l’ordine combattente saluta te signore dei monaci,
l’esercito ti sollecita invitandoti a ornare i combattimenti:
circondato dalle truppe riempi attivamente la tua carica.
Ti conviene di più morire con le armi che coltivando i campi.¹⁵
L’Asia promette di mandarne più che le fronde,
l’Africa nera tanti quanti le arene imbevute della riva del mare,
l’Europa terza parte del mondo non ne invia meno.”
“Che forza e che rabbia hai, degnissima di tetra prigionia,
ficcata le unghie nel corpo affinché non fugga livido.”
“Credimi, non mi spaventano le tue parole minacciose!
Molte cose mi ha appreso quel maestro Nettanebo¹⁶.”
Si dirige verso il palazzo che scintilla splendido per le fulve cupole,
a pezzi dividono la veste che ciascuno tratteneva.
D’ora in poi credi vero e non falso ciò che scrissi su queste cose.
Esiste dunque questa trasformazione dell’ordine del regno;
chiunque può riconnettersi ad altri fatti:
ciò che la natura nega, la saggezza mostra.
La speranza dei giovani che non vogliono imparare è il giorno venturo;
il ruolo dei vecchi è piangere senza speranza il rapido passaggio dell’infanzia.
Se fossi solerte in ogni cosa, saprei tutto.
Ahimé, misero, insipiente, ciò che ora mi dispiace è urgente.
Non appresi i rastrelli né vidi le tristi battaglie.
Cattiva cosa! disprezzando ciò che so cercano ciò che ignoro.
Se così capiterà, vuoto, soffierò sulle braci
o sulle ceneri del re o esalerò i nostri canti funebri.

REX

si Musas celebres clament musarde sacerdos

PRAESUL

Persius indignans pro me tu lusca sacerdos
qui legit sapit officium Musae sine Musis
uelle bonum sacris sit delectare loquelis
instanter capiens horum non immemor unquam

185

eligo nosse Deum cunctis proferre quod opto
prospera si tibi sunt te non pigeat reminisci
rex regum temet quanto ditauit honore
munera concessit Pius omnibus his meliora

190

dans intellectum quae sit sapientia uera
per quem scire potes quae sunt caelestia semper
quid sit Hierusalem debes tu scire superna
quid lapides muri portae structura quid illa
et quibus illa manens sit ciuibus aedificata
ordine distincto regitur non milite pauco
ast aliis alios praefert discreta potestas
singula dissolui propter fastidia longum

195

REX

scire meum nihil est semper sit numinis almi
mens humana Deo semper uicina uidetur
non se nosse ualet qui non uult scire super se
illa potens est Hierusalem puto uisio pacis
rex regum regit hanc Dominus dominatur et illi

200

eius cum partes sibi diuidit est in idipsum
porta nitens aliquo non clauditur ulla metallo
hic muri sunt absque petris lapides sine muris
uiui sunt lapides aurum uiuit platearum
splendidus rutilans obrizo creditur auro
ciuibus angelicis hominum struitur quoque turmis
pars quedam regnat quedam pars altera spirat
hoc tantum scio sed super his maiora requiro

205

210

PRAESUL

assiduus lector sibi plurima nosse preobtat
torpens et tardus solet immemor esse priorum
rex Augustini libros dilecte reuolue
urbs excelsa Dei quae sit dixisse probatur

215

REX

inco – precor mihi dic praesul qui sint ibi – latus
princi – pares et qui si sunt et in ordine – patus

PRAESUL

quere Dionisium qui dicitur Ariopagita
ille duos super his desudat scribere libros
praesul et ille sacer loquitur Gregorius inde
Iob magnae scrutans fidei moralia regis
idem sermonem complens explanat aperte
hic et Ezechielis super his in fine patenter
hoc apices ipso quos Gallia dante recepit

220

IL RE

Se frequenti le Muse grideranno: sacerdote musardo!

IL VESCOVO

Persio¹⁷ indignandosi per me: tu sacerdote orbo!

Chi legge impara il mestiere della Musa senza le Muse.

Dilettarsi delle parole sacre è volere il bene.

Prendendo avidamente, giammai immemore di queste cose,
sarò trovato simile ai giusti, questo io sempre ritengo.

Scelgo di conoscere poiché desidero proclamare Dio a tutti.

Se le cose sono a te favorevoli, non essere pigro a ricordare

Di quanto beneficio ti ha arricchito il Re dei re.

Il Benevolente ti ha concesso doni migliori di tutti questi,

dandoti l'intelligenza di quale sia la vera sapienza,

grazie alla quale puoi sempre sapere quali sono le cose celesti.

Tu devi sapere che cosa sia la Gerusalemme celeste¹⁸

Quali sono le pietre, i muri, le porte, la sua struttura

e per quali cittadini quella fu per sempre edificata.

Essa è retta da un ordine distinto, da un non piccolo guerriero!

Inoltre un potere discernente preferisce gli uni agli altri.

Accorciai una cosa lunga a causa delle singole pedanterie.

IL RE

Il mio sapere non è nulla: appartenga sempre all'almo nume;

la mente umana appare sempre vicina a Dio.

Non ha valore che sappia chi non vuol sapere al di sopra di sé.

Quella potente Gerusalemme, io credo, è una visione della pace.

Il Re dei re la regge e il Signore la domina.

Quando si divide le sue parti ella resta tutt'una.

Nessuna porta splendente è chiusa da alcun metallo,

Ci sono muri senza pietre, pietre senza muri,

le pietre sono vive, vive l'oro delle spianate.

Brillando appare più splendida dell'oro al crogiolo.

È costruita da cittadini angelici e torme di uomini;

Una parte regna, un'altra parte vive.

Soltanto ciò io so ma su queste cose richiedo di più.

IL VESCOVO

Il lettore assiduo desidera saperne di più,

il torpido e il tardo suole essere immemore dei principi.

Re, consulta con piacere i libri di Agostino¹⁹:

si pensa che abbia detto quale sia l'eccelsa città di Dio²⁰.

IL RE

Ti prego dimmi, vescovo, quali siano là le residenze,

i principati e se sono uguali e in ordine.

IL VESCOVO

Interroga Dionigi²¹ che è detto l'Areopagita,

egli si sforza di scrivere due libri su queste cose.

Quindi ne parla anche quel santo vescovo Gregorio²²,

analizzando le Morali della grande fede del re Giobbe²³.

Il medesimo completando il discorso si spiega apertamente

qui e chiaramente alla fine dei commentari di Ezechiele²⁴.

Poiché costui le diede, la Gallia ricevette cose sublimi.

uisibus humanis non est prelatio talis 225
quae sit dicemus post haec intentio nostra
mistica distinctus disponitur ordo supernus
cuius ad exemplar terrenus fertur haberi
aecclēsiae ueteris populi sub lege ministros
per Moysen Deus instituit quos ordine rexit 230
historiae narrant sacre qui constituentur
aecclēsiae regnum caelorum dicitur ordo
et noua lex inibi colitur sub principe Christo
in qua disposuit mundos Deus ipse ministros
hoc et pontificum fixit censura fidelis 235
qualiter et quales a quis ibi constituentur
aecclēsiae status hinc fruitur si pace quieta
ipsum legibus est aptare necesse duabus
uirtutum quas distribuit discretio mater
lex diuina suis partes non diuidit ulla 240
ornat eos omnes aequali conditione
quamuis dissimiles pariat natura uel ordo
non minor artificis quam regis natus erilis
hos pia lex omni mundana sorde sequestrat
non scindunt terram non stant post terga iuuenum 245
uitibus arboribus uix hortis hi famulantur
non sunt carnifices caupones necne subulci
hircorum sectatores non opiliones
nec cribrant cererem hos non coquit uncta lebeta
terga suum per dorsa bouum non serpere cogunt 250
non sunt lautores contemnunt feruere uestes
sed mentes purgare suas et corpora debent
moribus ornati custodes sunt aliorum
lex aeterna Dei sic mundos precipit esse
iudicat esperte seruilis conditionis 255
hos Deus assciuit seruos sibi iudicat ipse
castos et sobrios de caelis clamitat esse
omne genus hominum precepto subdidit illis
princeps excipitur nullus cum dicitur omne
quos iubet ut doceant sectam seruare fidelem 260
et mergi doctos sacri sic fonte lauacri
constituit medicos si uulnera computruerunt
per quos sermonum cauteria sunt adhibenda
corporis ille sui pignora sanguinis atque
iussit quo solus tractaret rite sacerdos 265
maxima commisit quos se tractare rogauit
uoce Dei quod promissum non esse negatum
credimus et scimus ni quos crimina pellunt
in caelis primas meritis conscendere sedes
hos decet euigilare cibis et parcere multis 270
pro populi semperque suis orare ruinis
pauca super clero dixi super ordine pauca
equales igitur sunt omnes conditione

Una tale trascendenza non appartiene alle viste umane,
dopo di che diciamo che è la nostra scienza
mistica. Un distinto ordine superno è disposto
secondo il cui esempio si ritiene sia formato quello terreno.
Al tempo della Legge, ministri della chiesa dell'antico popolo
Dio istituì, tramite Mosé²⁵, e li costituì in ordine.
Le storie sacre narrano chi lo costituiva.
L'ordine della Chiesa è detto regno dei cieli
e una nuova Legge vi è onorata sotto il principe Cristo.
In essa Dio stesso dispose ministri puri
e fissò ciò la fedele censura dei vescovi:
come e quali e da chi siano là costituite.
Lo stato della Chiesa da ciò trae beneficio se c'è pace tranquilla.
È necessario adattare lo stesso a due leggi
che la discrezione, madre delle virtù, distingue.
La legge divina non divide nessuna parte tra i suoi,
li pone tutti in uguale condizione,
per quanto dissimili li generi la natura o l'ordine.
Non minor figlio del signore il nato da un artigiano che da un re.
Una legge santa li separa da ogni sozzura mondana.
Non fendono la terra, non stanno dietro le terga dei buoi.
Questi a stento frequentano le viti, gli alberi e gli orti.
Non sono macellai, né osti e neppure porcai,
guardiani di capri né pastori,
né vagliano il grano, non cuoce presso loro l'unto calderone,
non costringono le schiene dei maiali a strisciare sui dorsi dei buoi.
Non sono lavandai, disprezzano il far bollire le vesti.
Ma devono purgare le loro menti e i corpi,
ornati dei propri costumi, sono custodi di quelli degli altri.
La legge eterna di Dio così prescrive che siano puri,
dispone che siano esenti dalla condizione servile.
Dio assunse questi come servi per sé, li giudica egli stesso,
dai cieli reclama che siano casti e sobri.
Per precetto sottomise loro ogni genere di uomini;
quando si dice tutti nessun principe è escluso.
A loro ordina che insegnino a conservare la fedele dottrina
e che coloro che sono così edotti siano immersi nella fonte del sacro lavacro.
Se le ferite divennero putride ne ha fatto dei medici
mediante i quali sono da applicarsi i cauteri delle prediche.
Ed egli i pegni del suo corpo e del sangue
ordinò che solo il sacerdote trattasse convenientemente.
Affidò il massimo poiché richiese che trattassero di lui.
Che ciò che fu promesso dalla voce di Dio non sia negato
noi crediamo, e sappiamo che quelli che i crimini non respingono
nei cieli occupano per i loro meriti i primi seggi.
A questi si addice vegliare ed evitare i molti cibi
e sempre pregare per i peccati propri e del popolo.
Dissi poche cose sul clero, poche sull'ordine.
Dunque sono tutti uguali per condizione.

REX	
una domus Domini sic lege reuoluitur una ?	
PRAESUL	
res fidei simplex status est sed in ordine triplex	275
lex humana duas indicit conditiones	
nobilis et seruus simili non lege tenentur	
nam primi duo sunt alter regit imperat alter	
quorum precepto res puplica firma uidetur	
sunt alii quos constringit nulla potestas	280
crimina si fugiunt quae regum sceptra coercent	
hi bellatores tutores aecclesiarum	
defendunt uulgi maiores atque minores	
cunctos et sese parili sic more tuentur	
